

Ab. 127.
29.



DISPV TATIO XXIII. *ult.*

DE AEDILITIO EDI-
CTO ET EVICTIONIBVS,

Quam

annuente Deo Opt. Max.

PR A E S I D E

ORTOLPHO FOMANNO V. I. D.
& P. P. P. in inclyta Salana

9. Februarj

Publico in Collegio proponit

GODEFRIDVS GEORGIVS CVNO
Ottingensis.



I E N A E

Typis Tobiaë Steinmanni, Anno M, DC.



Clarissimo viro
Dn. Ioanni Cunoni Syndico
apud VVassertruhendingenses fidelissimo,
parenti suo charissimo,

Has ex jure civili positiones

in debita observantia pignus &
testimonium mittit, offert
dicat,

Filius A. & R.





Thesis I.



Diimplendos bonæ fidei contra-
ctus proposuerunt ædiles curules edi-
ctum, quod juris honorarij pars est, per
quod ob vitium rei venditæ corporale
redhibitio fit, vel quanti minoris sup-
plementum.

II.

Eius tria sunt capita: vnum de mancipiis: Alte-
rum de iumentis: Tertium ne animal noxium eo loco
habeatur, quâ vulgò iter fit. Duo priora capita huius
sunt loci. Extenditur ne hoc edictum ad domum pe-
ste infectam, librum mendosum, annonam corruptam
& carnem leprosam? A. In simplaribus venditionibus
rerum minimarum non obtinet. An verò non tan-
tum in emtione & permutatione: verum etiam in lo-
catione militat? N.

^ vendit

l. h. d. f. 11

*Treat. vol. 2 p. 2 th. fin. Alapuz
von dem bocklium sifa f. 11 ad 102*

III.

Vnde duæ oriuntur actiones Redhibitoria & æ-
stimatoria: Redhibitoria est actio prætoriam, qua ven-
ditio resolvitur atque omnia in integrum restituun-
tur, perinde ac si neque emtio neque venditio inter-
celsisset re reddita atque precio restituto. Num
redhibitoria dividitur in civilem & prætoriam? N.

Redhibito-

ria. l. 6 q. 1 f. 50

Cui e contra quem.

IV.

Ea datur emtori eique ad quem ea res pertinet,
adversus venditorem eiusque heredes. Quid si plures

A 2

sunt



sunt heredes emtoris & unus redhibitoria agere velit,
alter verò non? Distinguiamus.

V.

*pro redhibitoria
redhibitoria pro
tunc redhibitoria
fieri*

Econtrario, si plures sunt venditoris heredes,
unum constituent procuratorem. Aliàs plures si sunt
vendidors, ~~contra unum duntaxat ea actio dabitur,~~
ne emtor cum multis litigare cogatur.

VI.

*emtoris heredes
pro venditoris heredes
duntaxat dabitur
redhibitoria fieri*

Competit autem, animi vitijis exceptis, de re di-
stracta sive in totum sive in partem ita vitiosa, ut usus
rei impediatur, quam vitiosam esse emtor ignorabat.
Redhibitoria emtor pro omnibus vitiis equi internis
& non apparentibus experiri potest. De jure vero
Sax, tum demum si equus retrogradus, cæcitate la-
tente laborat, vel Scabiosus est. Quæritur, si venditor
morbum sciebat, emtor verò supine ignorabat, an ni-
hilominus venditor teneatur? Et teneri verius est. An
& in fiscalibus venditionibus Redhibitoria uti pos-
sumus? N.

VII.

*lib 4 c. 15. f
52*

Vicina quoque quæstio est; si animal statim in-
tra triduum post venditionem perijt, an ex præceden-
ti morbo, an vero ex inopinato casu decessisse præ-
sumendum? Et præcessisse morbum præsumi arbitra-
mur.

IX.

Dubitari potest, an mortuo mancipio morboſo
nihilominus actio redhibitoria maneat? Et manere
placet. Neque id solum cum mancipium sine culpa
emtoris perijt, sed etiam cum dolo aut culpa: ut si qui-
dem sine culpa, emtor de precio agere possit, quam-
vis rem non redhibeat: ſi culpa eius, tum Servus pro
vivo

vivo habetur & æstimatio eius præstatur, si ante iudicium acceptum decessit, cæterum si post, in arbitrium iudicis veniet qualiter mortuus sit.

IX.

Hic & illud occurrit dubium, si plura mancipia uno precio vendita & de uno eorum ædilitia actio instituta, quid juris sit? Ita demum pro bonitate eius æstimatio fiet, si confusè universis mancipijs constitutum premium fuerit: Quod si singulorum mancipiorum constituto precio universa tanti venierunt, quantum ex consummatione singulorum fiebat, tunc cuiusque mancipij premium seu pluris seu minoris id esset, sequi debemus.

X.

Facta redhibitione venditor omnem pecuniam, quam accepit pro re aut accessionis nomine unâ cum usuris & quod interest precio non caruisse, restituere, vel emptorem obligatione liberare & emtionis causa datum reddere tenetur. Cuius nomine & actio in factum prodita in qua non queritur, num redhiberi debuerit, sed an redhibita sit.

XI.

Antequam autem emptor ea, quæ vult, consequatur, prius omnia illa, quæ à venditore accepit, unâ cum accessionibus, fructibus perceptis percipiendisque & præstatione damni, si quod culpa eius aut suorum datum est, præstare cogitur. Qui rem recipere recusat precij solutione liberatur. Verum neque premium neque accessiones reddens dupli & precij & accessionis nomine condemnatur. An igitur actio redhibitoria est arbitraria? Affirmat Accursius. Negamus cum Rosredo.

A 3

Vnde

lib. 21 p. 1 d. 1
f. 27

XII. Unde si venditor noluit equum recipere, qui tanquam vitiosus redhibebatur, emtor vero ligavit ad januam venditoris & recessit: venditor timens equum periturum, recepit in domum suam, quaestio est, an ob hoc videatur agnovisse redhibitionem? N. si protestatus fuerit illum ideo recipere ne pereat.

Concretia.

XIII. Tollitur haec actio spacio utilium sex mensium praeterito, si ob vitium rei agatur: & 60. diebus elapsis, quando ornamenta restituenda & jumenta ornamentorum nomine redhibenda. Ultra duos etiam menses non admittitur, quando venditor noluit cavere de vitijs, quae edicto aedilium continentur.

Quanto minoris.

XIV. Quanto minoris est actio praetoria, qua agit emtor intra annum adversus venditorem ex iisdem causis, ob quas redhibitoria datur, quò pluris res emta est, id reddatur. Unde & aestimatoria vocatur, quia hac actione res aestimatur. An & arbitrarijs annumeranda? N.

lib. 21 p. 1 d. 1
f. 38

XV. Differt autem à prioris. Nam illa resolvit contractum, haec non itidem: illa intra sex menses, haec intra annum praescribitur: illa semel tantum intentari potest, haec diversorum vitiorum nomine saepius: illa tale vitium continet, ut emtor ob id emtorus non fuisset, si scivisset, haec etiam aliud quodvis.

XVI. Omnes ferè tradiderunt, duplicem esse quanto minoris actionem: unam civilem, quanto minoris quis

Vide

3



quis emtorus fuisset: alteram prætoriam, quanto mi-
noris cum venierit, res fuerit, à quibus cum Donello
dissentimus, lib 4 c. 5 f. 50

XVII.

Dantur hæ duæ actiones etiam adversus ignoran-
tes. Non enim multum interest emtoris, ignorantia, an
calliditate venditoris fallatur. Cui igitur de vitio
constat, & nihilominus emit, hisce actionibus non ex-
peritur. At si id procuratorem fugiebat, dominus au-
tem sciebat, procuratori ædilitia agenti ex persona
domini exceptio non opponenda, quod Connano
displicet.

XIX.

Num hæ actiones propter actionem ex emto sunt
supervacaneæ? N. lib. 21 p. 1. f. 1.
l. 47. lib 4 c. 1
5 f. 50

XIX.

Quoties supradictæ actiones non competunt, ad
actionem in factum ædilitiam recurrendum. An au-
tem ea temporalis est vel perpetua? Et temporalem
esse verius arbitramur.

XX.

Denique quoniam ad ædiles viarum quoque
cura pertinebat, ideoque edixerunt, ne quis ullum
quod nocere posset, animal solutum ligatumve, qua
vulgò iter fit, habeat, ita ut damnum dare possit. Si ad-
versus ea factum erit & homo liber ex ea re perierit,
solidi 200. præstabuntur: si libero homini nocitum
esse diceatur, quanti bonum æquum iudici esse videbi-
tur, reus condemnabitur. Cæterarum rerum, quarum
damnum datum factumve sit, dupli. Et in id quoque
actione in factum ex hoc edicto agetur.

A 4

Sed

XXI.

Sed dubitari potest, an hoc edictum locum habeat, si serpentum aut similia animalium, qualia circulatorum circumferre & proponere solent, forte metu damnum datum sit? N.

l. 6 c. 1 38 f. 67

XXII.

Eviçtio.

Eviçtio est rei nostræ, quam adversarius legitimo titulo adquisierat, per judicem facta abductio.

XXIII.

De hac eviçtione præstanda quamvis ex natura contractus teneatur venditor, tamen plerunque per stipulationem simplæ vel duplæ emtori sine tamen satisfactione caveri solet.

De eviçtione. q. d. d. m. r. r. p. d. n. i. p. r. p. f. u. l. l. b. 3 c. 1 38 f. 67

XXIV.

Actio duplex.

Vnde actio eviçtionis nomine duplex est. Una ex emto: altera ex stipulatione simplæ aut duplæ.

T. 1. 38 f. 70

XXV.

Emti actio sui & contra quem datur.

Emti actio datur emtori vel heredibus singulis pro sua parte, quamvis lite cum defuncto venditore inchoata, hæredum sit unum constituere procuratorem.

XXVI.

eviçtionum

D.

Datur autem non solum adversus venditorem, sed & in heredes eius. Quæstio est, si donatio incipit à conventionem, an contra donantem donatarius de eviçtione experiri possit? N. Quid verò si donator pacto donationem promisit? Nec tunc quidem. An contra dominum feudi & collatorem præbendarum? N.

Quidam

XXVII.

Quidam ex parte heres institutus universa prædia vendidit, & coheredes precium acceperunt, evictis his quæritur, an coheredes ex emto actione teneantur? A. si præsentés fuerunt nec dissenserunt.

*vid. & exceptio
gl. hæc coheredes
non geminum ondi
m. n. n. h. 3
t. 38 fol. 76. d.
81 & 82*

XXIX.

Eodem ex genere & illa est quæstio, si pignora venierint per apparitores prætoris extra ordinem sententiam exequentes re evicta, in quem danda actio? In debitorem.

XXIX.

Actio ex stipulatione est vel simplæ vel duplæ. Per illam num pretium saltem rei consequamur, controversatur? Quod affirmatur, quamvis actio emti non ad precium duntaxat recipiendum, sed ad id quod interest competat. In hac an precium ipsum liquidum duplatur. A.

*Actio ex sti
pulatione G. d.
N. 2 d. 2. p. p.
m. 1633 f. 37 co
22*

XXX.

In duplæ actione cætera cum actione ex emto communia, nisi quod hæc quantitatem certam persequitur, illa incertam, nempe quod interest.

XXXI.

Non prius autem hæ actiones competunt, quam res evicta. Vnde quæritur, an non solum re tota evicta regressus emtori fit adversus venditorem, sed & si pars tantum evincatur? A.

*hl. 21. p. 2. f.
f. 30.*

XXXII.

Num vero in proxima præcedente quæstione distinguendum inter partes congeneres & discongeneres, item inter stipulationem duplæ & actionem emti?

N.

XXXIII.

Hinc resultat dubium: si pars evincitur, in quam
A 5 precium



precium dictum non est, quatenus pars illa evicta æstimanda, ut eatenus evictio præstetur? Vlp. ait, si pars fundi pro indiviso evincatur, pro quantitate evictiæ partis & modo: si certus locus sit evictus, pro bonitate regionis regressum emptorem habere.

XXXIV.

5. Quæritur, si fundus melior post venditionem efficitur æquid evictio præstanda pro modo agri, qui nunc est, an pro eo, qui olim fuit? Nil amplius præstandum erit, quàm pro ea parte, quæ fuit tempore venditionis si agitur ex stipulatu ad simplex vel duplex. Ex emto autem iudicio instituto tempus evictionis spectatur, ut emptoris sit damnum re imminuta, & lucrum illa aucta.

XXXV.

An hereditate vendita, si quid ex his rebus, quæ ex bonis erant, evictum sit, venditor conveniri poterit? N. Item an navi aut domo emta, singulis cæmentis vel tabulis evictis, evictionis nomine obligetur venditor, quasi evicta parte? N.

XXXVI.

Vsufuctu & jure rei evicto venditor an evictionem præstat? A. Secus in servitutibus prædiorum, quæ tacite secutæ sunt.

XXXVII.

63. c. f. 28 f. 32. An in legatis & dotis dationibus? N. An in permutatione, emphyteusi & datione in solutum? A. An in transactione? N. nisi rei traditæ respectu.

XXXVIII.

Cessant hæ actiones, si emptor litem contra se motam auctori suo aut heredi non nunciaverit. Quid si venditor sciverit litem contra emptorem motam esse? Nihilominus denunciatio ei incumbit.

lib. 3. c. f. 19 f. 12

1. 2. p. 45 m. Pugnancia
fm
n.
Quid si novit venditor litem esse motam, & instrumenta pignora ad eam decisionem subterponet se. Tenetur nihilominus emptori denunciare. Fach. lib. 2. c. 36 fol. 184

Hinc

XXXIX.

Huic vicina est quaestio, an sufficiat simplex denunciatio litem motam esse, an vero ad agendam causam ut adsit, denunciatio facienda? Posterius approbamus. Venditor enim non quando lis moveretur, sed quando ut autor laudatur, liti assistere debet. Quod volunt Dd. dicentes non sufficere denunciationem notificatoriam, sed etiam exigi requisitoriam. Item an denunciatus libelli copiam mittere venditori debeat? A.

manuscripta
lib. 3. c. 19 f. 14
431

XL.

Quid si in instrumento emtionis iuramento promisit defensionem venditor? Adhuc nunciatio opus.

manuscripta
Fuchin. lib. 2. c. 35 fol. 182
Cubi in rem ad huc

XLI.

Quid si causa venditoris notorie est iniusta? Hoc casu nunciationem necessariam esse minime putamus.

manuscripta
Fuch. lib. 2. c. 3 f. 180

XLII.

Quid si emtor minor est, aut ecclesia & venditor litem ipsis motam esse scivit, an nihilominus nunciare ei necesse habent? N.

manuscripta
Fuchin. lib. 2. c. 38

XLIII.

Si venditor ante nunciationem moriatur pluribus relictis heredibus, an omnibus nunciandum erit? A.

XLIV.

Quid si heres sit pupillus? Huic, si tutor abest, denunciandum erit.

XLV.

Cum a deo nunciatio sit necessaria, quaeritur an sufficiat fieri fideiussori. N.

XLVI.

Illud non interest, ante vel post litem contestatam fiat denunciatio, dummodo non propere ipsam fiat condemnationem. Non

manuscripta
lib. 3. c. 19 f. 2



XLVII.

*Fachin. lib. 2. c. 40
lib 3 c 1 30
c. 40*

Non etiam tenetur venditor, si emptor sciens rem alienam alterive obligatam emerit, a deo, ut nec precium eo casu repetere possit.

XLIIIX.

ib 3. c. 1. 19 f. 17

Venditor porro denunciatione facta tenetur emptorem defendere in foro rei conventi, non suo, quod & in clerico ac fisco verum putamus.

XLIX.

Succumbente emptore venditor non tantum de evictione, verum etiam ad expensas litis necessarias tenetur. An verò ad omnes necessarias? A.

L.

*Fachin. lib. 2.
39*

Quid si emptor ab actione absolvitur? Venditor tum ad expensas reddendas non est obstrictus. Eo verò condemnato num officio iudicis continetur emptori non petitas

adjudicare? A.

*and si emptor non venditor
a evictione tenetur. Si Fachin
ib 2. c. 40 fl. 190
In emptor videtur tenetur appellare
lib 2. c. 40. fl. 191*

F I N I S.

Kc 3192

8^o


(X2217985)

VO 12

MC







DISPUTATIO XXIII. *ult.*
AEDILITIO EDI-
CO ET EVICTIONIBVS,

Quam
annuente Deo Opto Max.

PRAESIDE
OLPHO FOMANNO V. I. D.
 & P. P. P. in inclyta Salana

9. Februarj
Publico in Collegio proponit
FRIDVS GEORGIVS CVNO
Ottingensis.



IENAE
 s Tobias Steinmanni, Anno M, DC.

